

bit indignus: iudicium sibi manducat et bibit: non diiudicans corpus domini. **B**rad. Oculi omnium in te sperant domine: et tu das illis escas in tempore opportuno. **A**peris tu manum tuam et implex omne animal benedictio-
ue. **H**lla. **C**aro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: in me manet: et ego in eo. **S**equentia.
Lauda syon saluatorem: lauda ducem et pastorem: in hymnis et cantibus. **Q**uatuum potes tantum aude: quod maior omni laude: nec laudare sufficis. **L**audis thema specialis: panis viuis et vitalis: hodie ponitur. **Q**uod in sacre mensa cene: turbe fratrum duo dene: datum non ambigitur. **S**it laus plena: sit sonora: sit iocunda sit decora: mera iubilatio. **D**ies enim solenis agitur: in qua messe prima recolitur: huius institutionis. **I**n hac mensa noui regis: nouum pascha noue legis phase vetus terminat. **A**etusta te nouitas: umbra fugat veritas noctez lux eliminat. **Q**uod in cena christus gessit: faciemus hoc exprimit: in sui memoria. **O**cto sacramentis: panem et vinum in salutis: consecramus hostiam. **D**ogma dat christianis: quod in carne transit panis: et vinum in sa-

guinem. **Q**uod non capis quod non vides. aiosa format fides: per rerum ordinem. **S**ub diversis speciebus: signis tatu et nobis latent res eximiae. **O**caro cibus saguis potus: manet tamen Christus totus sub utraq specie. **A**sumente non concitus: non contractus non dividitus: integer accipit. **S**umunt unus sumunt mille: quantum isti tantum ille: nec sumptus consumetur. **S**umunt boni sumunt malorum: sorte tamem inequalis: vite vel interitus. **M**ors est malis vita bonis vide paris suptiosis: quod sit dispar exitus. **F**racto demum sacramento: ne vacilles sed memeto: tantum esse sub fragmendo: quantum toto tegitur. **N**ullarei fit scissura: si guit tantum fit fractura: qua nec status nec statura: signati innuitur. **O**cce panis angelorum: factus cibus viatorum: vere panis filiorum: non mittendus canibus. **I**n figuris presignatur: cuius ysaac imolatur: agnus pasche deputatur: datur manna patribus. **B**one pastor panis vere: Iesu nostri miserere: tu nos pasche nos tuere: tu nos bona fac videre: in terra uiuentium. **T**u qui cuncta scis et vales: qui nos pascis hic mortales: tu nos ibi comensales: coheredes et sodales: fac sanctorum ciuium. **A**men. **S**ecundum Ioannem. vij. capitulo